ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 59r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quę nutrimur seminaria peccatorę. Vnde nunmerito de
ipsa beatus apls. Reprbatio inquit fit precedentis mandati ppter
infirmitatem eius et inutilitatem. nihil enim adpfectum perduxit
lex. Et dns pp pham. Et dedi inquit eis preceptia non bona et
iustificationes inquibus non uiuent uiri. sed sub gratia quę non
ramos tantum nequitię amputat. sed ipsas penitus radices noxię uo
luptatis euellit. xxxx iiii.

Quisquis quę perfectionem euuanglice studuerit tenere doc
trine. hic sub gratia constitutus peccati dominatione non premitur:
Hoc enim est sub gratia. quę a gratia mandata implere. Quicumque. ut perfec
tionis euuglice plenitudini subiectus esse noluerit. non ignoret
se quamuis baptizatus sibi uideatur ac monachus non esse sub gratia.
sed legis adhuc uinculis prepeditum peccati pondere prągrauari.
Et positum nam quia ea quę omnia quę preceptis fuerit gratia adoptio
nis assumit non destruere sed superedificare. nec euacuare sed ad
implere. mosaicas sanctiones. quod non nulli penitus ignoran
tes et consiliorum atque exhortationum xpi magnificentiam negligen
tes ita presumptua libertatis securitate soluunt. ut non solum xpi
precepta tamquam ardua non attingant. uerum etiam ipsa illa quę
in illis incipientibus paruulisque mosaica lege mandata sunt ut
antiqua contempnant. illud quod apls excetat noxia libertate
dicentes. peccauimus quia non sumus sub lege sed sub gratia. Qui quidem nec
sub gratia est. quia nequaquam ad dominice doctrine culmen ascen
dit. nec sub lege quia etiam paruula legis mandata non sus
cepit. Hic duplici peccatorum oppressus imperio. obhoc solum gratiam
xpi percipisse se credit. ut pnoxia libertate abeo fieret alienus.
in illud incidens quod apls petrus ne incuriamus enuntiat
quasi libertatem inquit agite et non quasi uelamen habentes
malitię libertatem. Beatus quoque apls paulus. Vos inquit in li
bertatem uocati estis fres. idem ut absolutam suis a dominatio
ne peccati. tantum ne libertatem in occasionem carnis detis.
idem frustrationem legalium preceptorum credatis esse licentiam uitiorum.